



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu**

**Isidorus <Pelusiota>**

**Parisiis, 1585**

Eidem. 300.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

inconcussam minimèque vacillantem de Deo fidem in omnium hominum animis infitam esse oportere censent, periclitantibus latam spem ostendentes ac felicem exitum pollicentes, prosperè agentibus fiduciam porrigentes, calamitosi solatium proponentes, ac denique peccantibus metum intentantes: vt non nomine tenus ipsam considerantes, probam omnem notionem velut per obortum egerat, verum & effectorem, & imperatorem, & inspectorem, & procuratorem ac moderatorem, probos quidem viros remunerantem, de improbis autem supplicium fumentem esse credentes (Nam hæc demum exactissima & clarissima de Deo doctrina est) vitium fugiant, ac virtutem amplectantur. At verò ipsius essentiam explorare, nec necessarium est, nec in humani ingenij captum cadit. Sciendum enim ac credendum est Deum esse: non autem quid sit, curiosè inuestigandum. Quocirca missa facta de ipsius essentia disputatione, vt quæ nullo modo percipi atque comprehendi queat, verum omnè explorationem & inuestigationem superet, vitam nostram & mores componamus, vt qui omninò rationem reddituri simus.

*Eidem. 300*

Cum opus omne luceat, si studio & meditatione excultum sit (nam quod studio & exercitatione minimè compingitur, facile extinguitur: tum virtus potissimum quotidiana exercitatione colenda est. Nisi enim excolatur, defluit, ac fructum amittit. Quò etiam illud scilicet spectat, quod mihi explicandum proposuisti, Videte ne perdati quæ operati estis. Languor enim atque inertia labores antè susceptos, quantumvis clari & illustres sint, extinguet: studiū autem ac diligentia præcedentem quoque desidiam & socordiam abolcbit.

Finis epistolarum libri secundi.

ἀσάλευτόν τε καὶ ἀπαρέγκλον, οἷόν ται δὲ ἐν ἐγκύβητι πᾶσιν ἀνθρώποις πλὴν περὶ τῆς θεῆς πίστεως, κινδυνεύουσι μὲν ἀγαθὸν ἐλπίδα ὑπὸ χιρῶν, εὐπρόσπῃ δὲ χάριτος ὀρέγουσαι καὶ δυσπρόσπῃ μὲν ὡδωμυθίαν προστεινομένην, πλημμελοῦσι δὲ φόβον ἐπανατεινόμεναι, ἵνα μὴ μόνον ἄχρῃς ὀνόματος νοουῦντες, πᾶσαν ἔννοιαν χρηστὴν ἐξαμβλώσωσιν, ἀλλὰ ποιητικὴν καὶ ἀρχοντικὴν, καὶ ἔφορον καὶ προσρητικὴν, καὶ κηδεμῖνα ἀμειβόμενοι δὲ τοὺς ποιητοὺς. Ἔπος γὰρ ὁ κριεώτατος καὶ ἐπιδοξότατος ἀπὸ τοῦ θεοῦ λόγος. Φύγῃσι μὲν κακίαν, ἔλονται δὲ ἀρετικῶν. ἢ δὲ ἀπὸ τῆς οὐσίας αὐτῶ βάσανος οὐτ' ἀναγκαία, οὐτ' ἐφικτὴ ἀνθρώποις. εἰδέναι γὰρ θεὸν καὶ πιστεύειν ὅτι ἔστι θεός, οὐ τὸ τί ἔστι πολυπραγματεῖν. ἀφόμενοι τοίνυν τῷ ἀπὸ τῆς οὐσίας λόγῳ ὡς ἀνεφίκτη, καὶ μηδαμῶς ἀλωσίμῳ, ἀλλὰ πᾶσαν βάσανον ὑπερνηχόμενους, τὸν βίον ἑαυτῶν καὶ τὸν τρόπον ῥυθμίσωμεν, ὡς λόγον πάντως ἀποδώσοιτες.

Τῷ αὐτῷ τ.

Πᾶν μὲν ἔργον λαμπρὴ μελέτη θεοπροσπευθέν. τὸ γὰρ μὴ ὑπὸ μελέτης συγκροτούμενον, βραδίως σβέννυται. μάλα δ' ἡ ἀρετὴ, τῇ κατ' ἡμέραν ἀσκήσει θεοπροσπευέσθ' ὀφείλει. μὴ γινώσκοντες γὰρ, φυλορροεῖ, καὶ τὸν καρπὸν ἀπολλύουσιν, καὶ τὸ ἐστὶν ἄρα, ὃ ἐθέλησας μαθεῖν, βλέπετε μὴ ἀπολέσσετε ἀεργάσασθε. ἢ μὲν γὰρ ῥαθυμία τοὺς προσρηγετημένους πόνους, καὶ λαμπροὺς εἶεν, σβέσει ἢ δὲ ἀσπιδὴν, καὶ πλὴν προσρηγετημένην ῥαθυμίαν ἀφανίσθ'.